1661 —

De Mr. Aragon

# ACTA
# CONGREGATIONIS
## PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDINIS

Prædicatorum, celebratæ in Conuentu Sancti Dominici Benauentani, Dominica *Deus qui errantibus*, die 8. Maij. Anno Dñi. 1661.

*SVB, R.A.P.N.FR. FRANCISCO DE Aragon, Magiſtro Primariæ Cathedræ Theologiæ in Vniuerſitate Salmãtina Moderatore Iubilato, Prædicatore Regio, & Prouintiali eiuſdem Prouinciæ.*



Vallis-Oleti: ex Officina Bartholomęi Portolès Vniuerſitatis Typographi. Anno 1661.

# ACTA CONGREGATIONIS PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDINIS

Predicatorum, celebratæ in Conuentu Sancti Dominici Benauentani, Dominica Deus qui errantibus, die 8. Maij. Anno Dñi. 1661.

SVB R.A.P.N.FR. FRANCISCO DE *Aragon, Magiſtro Primariæ Cathedræ Theologiæ in Vniuerſitate Salmãtina Moderatore Iubilato, Prædicatore Regio, & Prouintiali eiuſdem Prouinciæ.*



Vallis-Oleti: ex Officina Bartholomæi Portolés Vniuerſitatis Typographi. Anno 1661.

# HAEC SVNT ACTA

## CONGREGATIONIS PROVINCIALIS

Prouinciæ Hiſpaniæ Ordinis Predicatorum, celebratæ in Conuentu Sãcti Dominici Benauentani, Dominica *Deus qui errantibus*, Die 8. Maij. Anno Domini 1661. ſub R.A.P. N. FR. Franciſco de Aragon, Magiſtro Primariæ Cathedrę Theologię in Vniuerſitate Salmantina Moderatore Iubilato, Prædicatore Regio, & Prouinciali eiuſdem Prouincię. Diffinientibus RR. A. PP. NN. F. Ioanne Eſcudero Magiſtro, Priore Toletano, & quondam Prouinciali, Fr. Franciſco de Tapia Magiſtro, & Calificatore Sancti Officij, F. Franciſco Henriquez Pręſentato, & Priori Segouienſi, F. Dominico Guillē Magiſtro, & Priore Benauentano.

DEnuntiamus in hoc noſtro Capitulo lectum, & admiſſum fuiſſe edictum ſanctæ Inquiſitionis, editum decimanona die Octobris, Anno 1633. & admonemus iterum, quod Priores, & Præſidentes Conuentuum, non tenētur illud notificare fratribus determinate feria ſexta poſt octauam Aſſumptionis, ſed ſufficere illud legere quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum, & ordinationes leguntur prout alias pluries denuntiatum fuit.

Item denuntiamus, iterum acceptatas, & admiſſas eſſe, in hac noſtra Congregatione, litteras Reuerendiſsimi Patris noſtri Magiſtri Generalis Fratris Ioannis Baptiſta de Marinis, confirmantes Ordinationes Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Fratris Thomæ Turco, circa electiones Priorum, tenoris ſequentis.

Nos Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis ſacræ Theologię Profeſſor, Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus.

Iniuncti nobis Generalatus officij, ratio poſtulat, vt quę ſalubriter â prędeceſſoribus noſtris, pręcipue in ſancta viſitatione, pro diuerſarum Prouinciarum decore, ac fœlici gubernio ordinata ſunt, inuiolabiliter obſeruare mandemus.

Sanè cum venerabilis P. F. Thomas Turco Prædeceſſor noſter, pro conſeruanda liuertate ſtatuta a ſacris canonibus, in electionibus Priorum, in Prouincia noſtra Hiſpaniæ, ſub die 21. Aprilis Anni 1647. ſanxerit (ad hoc, vt Prælatus cui de iure conſtitutionum competit, electiones Priorum dirigere, directionis terminos, non excedat, ita vt non electiones, ſed potius aſſertiones videantur)

deantur) vt cum in Conuentibus, præcipue grauioribus Prouinciæ, electiones Priorum conuentualium fieri cõtingerit, neminem proponat, vel ſi id grauis neceſsitas poſtulauerit, non minus quam ſex, ſecluſo omni reſpectu humano, odio, vel amore, proponere debeat, irritans quamcumque electionem aliter factam, & quod talis propoſitio ita fiat, vt non ſit cum excluſione aliorum, nec electores, ſi alios extra nominatos eligant, perſequi, aut affligere, præſumat, memor excomunicationis latæ, in capite *ſciant cuncti*, quam etiam incurrere voluit Priorem Prouincialem, ſi eo intuitu, licet ſub quocumque paliato pręrextu, quempiam à Conuentu aſsignare, vel ablegare tentauerit.

Inſuper, ſub formali pręcepto, ac pœna excomunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, mandauerit Priori Prouinciali pro tempore præfatæ Prouinciæ, vt facta propoſitione ſex, vel plurium (vt ſupra) nullum ex illis, publice, ac priuatim, verbo, ac ſcripto, directe, vel indirecte, per ſe, vel per alium, aut alios, aut per quaſcũque perſonas interpoſitas, commendare, aut ſe pro vno, magis quam pro alio declarare præſumat, nec inſinuare vnum illorum, cæteris ipſi futurum eſſe gratiorem, cum decreto, quod ſi aliter fieri contigerit, electio ſit nulla, & inualida, & confirmator â ſuo officio, vel officijs, ſit ipſo facto abſolutus, nec rehauilitari poſsit, niſi per Magiſtrum ordinis, vel Capitulum Generale, conſcientiaſque ſingulorum in diem Domini agrauauerit, vt qui huius rei conſcij fuerint, aut complices, quam primum Magiſtro ordinis manifeſtare teneantur: quod idem prohibuit Priori Prouinciali, in ordine ad electionem ſui ſucceſſoris ſub pœna priuationis graduum, dignitatum, & officiorum, ipſo facto incurrenda.

Pręterea ad occludendas omnes vias coactioni, & vt electio-

electiones liberè, ac canonicè vocalibus relinquantur, ſub eodem formali præcepto, ac cenſura, vt ſupra mandauit Prouinciali pro tempore præfatæ Prouinciȩ, ne admittat oblationes votorum, procuret, vel ſolicitet vota, aut ſuffragia, ante quamcumque electionem faciendam, Prælato, vel cuicumque alteri offerant, ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, & omnium gratiarũ, ac beneficiorum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, ad quæ non niſi per Magiſtrum ordinis, reſtitui valeant, & poſsint.

Nos igitur conſiderantes, quam per vtile erit præfatæ Prouinciæ, prȩdictas ordinationes, in viridi manutenere obſeruantia: harũ ſerie, ac officij authoritate, illas, de verbo ad verbum, iuxta earum tenorem confirmamus, ac præcepta, cenſuras, & pœnas, de nouo imponimus, ac fulminamus, reſpectiue: ſub eiſdem tamen præceptis, cenſura, ac pœnis comprehendi volumus, ſociũ, vel ſocios Prouincialis, aut Vicarium Prouinciæ pro tẽpore. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Quibuſcumque in contrarium, non obſtantibus, in quorum fidem. Datum Romæ, in Conuentu noſtro, ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam, die 24. Iulij 1654.

*Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis,*
*Mag. Ordinis.*

ITEM denunciamus, acceptatas, & admiſſas fuiſſe, in hac noſtra Congregatione litteras Reuerendiſſimi Patris noſtri Generalis Fr. Ioannis Baptiſta de Marinis, circa reuocationem diſpenſationum, tractandi, de electionibus, tenoris ſequentis.

Nos Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis ſacræ Theologiæ Profeſſor Ordinis Prȩdicatorum, humilis Magiſter

Gene-

Generalis, & ſeruus.

Cum venerabilis P. Fr. Thomas Turcus, fœlicis recordationis, Prædeceſſor noſter, pro conſeruanda liuertate, in electionibus canonicis Priorum conuentualiũ, Prouinciæ noſtræ Hiſpaniȩ, ſub die 21. Aprilis 1645. in ſancta viſitatione prudenter, ſanxerit, ne cum in Conuentibus, inſtat electio, Prior Prouincialis pro tempore, præfatæ Prouinciæ, aliquem proponat, vel ſi id grauis neceſsitas poſtulauerit non proponat minus quam ſex, & ſub formali prȩcepto, ac excomunicatione, eidem prohibuerit, vt in dicto caſu, nullum ex propoſitis, publice, ac priuatim, verbo, vel ſcripto, directe, vel indirecte per ſe, vel interpoſitam perſonam commendare, aut ſe pro vno magis, quam pro alio declarare præſumat. Quam ordinationem, ſecundo, ſub die 24. Iulij 1654. confirmauimus ſub eiſdem præcepto, ac cenſura cũ extenſione etiam ad ſocium, vel ſocios, eiuſdem Patris Prouincialis pro tempore. Vt autem hoc negotium plene, ac perfectè, ſuum ſortiatur effectum, & ne, quod Priori Prouinciali, pro tempore, eiuſque ſocio, aut ſocijs eſt prohibitum, alijs ad quos directio electionum minus pertinet, permittatur, dum non obſtante præcepto Prouinciæ in hac parte, ſe vltro intromittũt in electionibus, mittentes manus in meſem alienã, exiſtimantes ſe à tali præcepto, vi diſpenſationum cenſurarum, vel præceptorum quas à nobis, vel prȩdeceſſoribus noſtris, obtinuerunt, id circo tenore præſentium, noſtrique officij authoritate, ad ſuplicationem Diffinitorij vltimi Capituli Prouincialis prædictæ Prouinciæ, reuocamus, ad hunc finem tantum, omnes & ſingulas diſpenſationes à præceptis, & cenſuris à nobis, vel prȩdeceſſoribus noſtris factas, pro fratribus prædictȩ Prouinciæ: eoſque præcepto, aut præceptis, necnon cenſuris Prouinciæ ad electionẽ

perti-

pertinentibus adſtringi volumus,& declaramus,non ſecus,ac ſi prænominatæ diſpenſationes,non emanaſſent, illis in reliquo in ſuo robore permanentibus. Declaramus inſuper,quod in poſterum ſi, quæ conſimiles diſpēſationes à nobis concedantur,non habent vim ſuper tali præcepto,aut præceptis,& cenſuris Prouinciæ, niſi de illo,vel de illis,fiat ſpecialis,& expræſa mentio,quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. Datum Romæ in Conuentu noſtro ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam , die 24.Iunij 1655.

*Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis Magiſter ordinis.*

ITEM denunciamus, quod pluries denunciatum eſt, factam fuiſſe declarationem in Capitulo Generali Romæ, Anno 1629. circa durationem præceptorum,quæ in Capitulis Prouincialibus, ſeû congregationibus feruntur , quæ eſt decima octaua tenoris ſequentis.

Declaramus, quod præcepta actarum Capituli Prouincialis,incipiant ab earum promulgatione,& durant, vſque ad promulgationem ſequentis Capituli,in quolibet conuentu faciendam.

Item declaramus , quod durat pręceptum formale poſsitum in Capitulo Generali Romæ 1650. circa formam caputiorum ab omnibus obſeruandam ſecundum-quod ibidem perſcribitur , tandem denuntiamus in hac noſtra congregatione Prouinciali , electum fuiſſe in ſocium R. A. P. N. Prouincialis pro futuro generali capitulo R.P.M.Fr.Ioannem Gonçalez de Ojeda , Priorem Conuentus Roſarij Matritenſis.

AB-

## ABSOLVTIONES.

ABſoluimus omnes ſuppriores, & Vicarios Conuentuum non habentium Priores, præter ſuppriores de Mayorga, Soria, Aſtorga, Tabara, Santillana, Peña de Francia, Nieba, quia nuper inſtituti ſunt.

## ACCEPTATIONES GRADVVM.

ACceptamus Magiſteria R.P.Fr. Domini Reluz. Et R.P.F.Ioannis Gallo Prædicatoris Regij, & Calificatoris Sancti Officij. Et R.P.Fr.Ioannis Correa, Rectoris Collegij D.Gregorij Vallis-Oletani. Et Præſentaturas R.P.Fr. Vincentij Ferre, Regentis Conuentus Sanctæ Mariæ ſuper mineruam. Et R.P.F.Michaelis Sãchez, Lectoris Sacrę Scripturę, in conuentu SanctęCrucis Segouienſis. Et R.P.Fr. Roderici Perez, Regentis Conuentus Sancti Thomæ Abulẽſis. Et R.P.Fr.Petri de los Rios Lectoris Conuentus Sancti Pauli Vallis-Oletani. Et R.P.Fr.Petri Aluarez, in Vniuerſitate Vallis-Oletana Primariæ Theologię Cathedræ Moderatoris. Et Prędicaturam Generalem R.P.Fr.Petri de Salaçar, Prædicatoris noſtri Conuentus Sancti Dominici Benauentani, pro Conuentu de Trianos.

## EXPOSITIONES.

EXponimus ad legẽdas ſententias pro forma, & gradu Magiſterij excluſiue, R.P.Fr. Petrum Garcia, Lectorem Theologiæ Sancti Ildephonſi Taurenſis. R.P.Fr.Franciſcum de Ayllon, ſocium R.A.P.N.Prouincialis. R.P.Fr.Ioannem de la Fuente, Lectorẽ Theo-

logiæ Sanctæ Marię Regalis de Atocha. Et R.P.Fr. Antonium Mendo Regentem Santi Thomæ Regalis Abulenſis.

## CREATIONES.

CReamus in prædicatores Generales R.P.F. Eugeniũ de Mora Priorem de Ocaña, pro Conuentu de Leó. Et R.P.Fr. Dominicum Sobrino Vicarium Regni Galleciæ, & Priorem Lucenſem, pro Conuentu de S. Sebaſtian, Et R.P.F. Blaſsium Herrero Prædicatorem de Lerma, pro Conuentu de Zamora. Et R.P.Fr. Gabrielem de Arellano; Prædicatorem Sãcti Pauli Vallis-Oletani, pro Conuentu de Cuenca.

## PRÆCEPTA AD OMNES, ET SINGVLAS PERSONAS.

MAndamus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedietię, & ſub præcepto formali, omnibus, & ſingulis fratribus huius noſtræ Prouinciæ, ſequentia.

*De nõ ingredien-do cellas.*

Primum, ne duo, vel plures fratres Ordinis noſtri, ſimul in aliqua cella Fratrum huius noſtræ Prouinciæ coexiſtant. Excipimus cellas Priorum, & Magiſtrorum nouitiorum pro ſibi ſubditis. Licebit autem ingredi cellas Magiſtrorum huius Prouincię, & eorum qui Prouincialatus officio functi fuerint, præterquam à ſigno quod efficitur poſt completorium, vſque ad primum ſignum primæ ſequentis diei. Denuntiamus, quod cellæ fratrum poſt notificationem aſignationum ab illo Conuentu quandiù in eo commorantur, eodem prorſus præcepto tenentur quo cellæ aliorum Conuentualium. Et ſimul declaramus, quod ſi ille, cuius cellam aliqui fratres ingredi poſſunt, ab ea quouis modo abſens fuerit, illã pro

tunc non gaudere tali præuilegio, ſeù licencia. Poterunt autem Patres Priores, ſeù Preſidentes, non tamen Suppriores, nec vicarij cum ſibi ſubditis diſpēſare; dummodo diſpenſatio non ſit generalis, aut frequens, quæ poſt vltimum ſignum poſt completorium nullatenus fiat, niſi ſufficienti cauſa, & pro qualibet vice. Ab hoc præcepto, non excipiuntur cellæ Conuentuales quando in eis contingat aliquem fratrem infirmari, niſi à Priore, ſeù Præſidente Conuentus, eſſe cellam infirmariæ declaretur.

Secũdum, ne quis adeat Monaſteria Monialium, nec Beatarum, nec aliarum mulierum in vnum congregatarum, ſub obedientia viuentium, nec ad earum Eccleſias ad coloquendum cum ipſis niſi de licentia Prioris pro qualibet vice, quę licẽtia in alium diem traslata non valeat, nec dari poſsit à ſupprioribus, nec Vicarijs vllomodo (Prioribus in oppido exiſtentibus.)

*Denõ adeundo ad Conuẽtus monialiũ.*

Tertium, quod priores, ſeù præſidẽtes Conuentuum, & Depoſitarij ſextam partem bonorum fratris defuncti remittant infalibiliter ad patres, à R. A. P. N. Prouinciali deſignandos.

*De remittendo ſextam partẽ bonorũ defuncti.*

Quartum, quod nullus titulo Paternitatis nominet niſi Magiſtros, & Priores, vel qui tribus vicibus Prioratus officio functi fuerint, & Præſentatos, Prædicatores Generales, Procuratores Ordinis, Vicarios tam Conuentuum non habentium Priorem, quam Monialium, & Lectores Theologiæ qui per ſex annos integros Theologiã Legerint, nec nominet titulo Reuerentiæ, vel patris iuuenem, aut Laicum, & quod priores huius præcepti trãſgreſſores afficiant pœna in noſtris conſtitutionibus ſtatuta contra tranſgreſſores præceptorum.

*Quibus Paternitatis titulo liceat inſignire.*

Quintum, quod nullus frater veſtimenta interiora induat niſi prius Patri Priori, ſeu Præſidenti oſtenderit

*De indumẽtis interioribꝰ* aprouanda tam in materia quam in forma, & quod Priores nullatenus permittant talia indumenta niſi cum modeſtia, & decentia Religioſa.

*De notificatione aſignationum.* Sextum, quod aſignationes quomodo libet receptas infalibiliter notificent Priores, ſeù Præſidentes, & ſi ob aliquam cauſam viſum fuerit eas non notificare, teneãtur R. A. P. N. Prouincialem certiorem facere, & quod nullus Prior poſsit aſignatos detinere, etiam prætextu petendi aliam aſsignationem, pro ſuo vel alieno Conuẽtu.

*De libris ad cõmune depoſitum expectantibus.* Septimum, quod omnes libri antiqui tam redituum, quam communium expenſarum, ſemper in communi depoſito ſeruentur, nec inde extrahi poſsint niſi cauſa vrgenti, & de licentia Prioris, ſeù Præſidentis ſolumque per ſpatium vnius diei, quo tranſacto teneantur eos ad depoſitum deferre.

*Circa comedias.* Octauum, ne quis repræſentationibus, ſeù comedijs, quæ â publicis hyſtrionibus (qui hoc ex officio habent) fiunt interſit, niſi in capitulis Eccleſiarum, in domibus Epiſcoporum, ſeù Religioſorum alterius ordinis, aut publicis Sanctorum ſolemnitatibus, & quod Prælati, ſeù Conuentuum Pręſidentes comedias in domibus noſtris fieri non permittant (etiam ſponte oblatas) neque fratres eas repreſentare, aut vllo modo veſtibus ſecularibus vti, neque Vicarij Monialium Prioriſſę aut ſupprioriſſę permittant in ſuis conuentibus fieri quaſcumque repręſentationes, etiam ſi non ſint a publicis hyſtrionibus, aut quod ſorores comedias repreſentent, aut quo vis modo veſtibus ſecularibus vtantur.

*De nõ loquendo in materia Cõceptionis* Nonum, quod nec fratres, nec ſorores verbo, aut ſcripto circa materiam Conceptionis Beatiſsimę Virginis Marię apud perſonas extra noſtrum ordinem conſtitutas aliquid proferant, quo vel leuiſsime eorum pietatem, & de-

uotionem

uotionem impedire poſsit, ſed ad vnguem decreta ſummorũ Pontificum obſeruent, quinimo etiam à non prohibitis circa noſtræ ſentẽtiæ probabilitatem penitus abſtineant, ne ex inordinata, & minus prudenti loquutione ſummatur occaſio turbationis, & ſcandali, ſed potius ex Religioſo ſilẽtio, & ex verborum, & actionum modeſtia reuerentia Religionis, & fidelium edificatio cõſequatur. Quod ſi quis huius præcepti violator extiterit, penę grauioris culpæ etiam quoad pænas priuatiuas, & infamiam ſubiaceat, & ſimili pæna plectãtur qui huius legis fractionem cognouerint, & non renunciauerint ſtatim R. A. P. N. Prouinciali.

*B. Virginis.*

Decimum, ne quis curiam Regiam ingrediatur, nec ẽius ſub vrbana, etiam cauſa ſuſcipiẽdi ſacros ordines abſque licentia R. A. P. N. Prouincialis, neque indicta curia, aũt Vallis-Oletana pedeſter ambulans galero vtatur, exceptis procuratoribus Conueutuum vtriuſque curiæ. Itẽ precipimus in vittute Spiritus Saucti, & Sanctę Obedientię, & ſub precepto formali, nec non ſub pena excommunicationis maioris latę ſententiæ ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa, ne quis indicta curia Matritenſi, aut eius ſub vrbanis extra Conuentus noſtri ordinis ſine licencia expræſſa R. A. P. N, Prouincialis pernoctet, quod vt in falibiliter executioni mandetur, omnibus R R. PP. Prioribus pro tẽpore noſtrorum Conuentuum Sanctæ Marię de Atocha, Sancti Thomę, hoſpicij, & Roſarij eorum conſcientias in diem Domini agrauantes præcipimus, vt quemlibet fratrem cuiuſcumque ſit cõditionis quem in prædicta curia diuagantem repererint, ſtatim apprehendant, & R. P. Priori de Atocha tradant, qui eos areſtatos cuſtodiat, & tam in pane, & aqua, quam alijs penitentijs ſeuerè puniat, declarantes omues hoſpites cuiuſcumque conditiones ſint, ad

*De nõ ingrediẽdo Curiã Regiam.*

*De nõ pernoctando ibidẽ extra Conuentus.*

Prio-

Priorem Hoſpitij pertinere ſeu Pręſidẽtem, etiam quoad punitionem, & correctionem, quibus tanquam ſubditis noſtris, durante authoritate definitiua, & R. A. P. N. Prouincialis, ea expleta, conformiter ad noſtras conſtitutiones præcipimus in virtute ſpiritus ſancti, & Sãctæ obediẽtiæ, & ſub pręcepto formali, quod inuiolabiliter obſeruẽt omnia in his actis contenta, pręcepta, vt pręcepta, ordinationes, vt ordinationes, & omnia alia, prout à ſubditis noſtrę Prouincię obſeruantur, quod vt melius fiat, præcipimus vicario dicti hoſpitij, quod acta tam Capituli Generalis, quam Prouincialis, quater in anno legere faciat, ſicut in alijs Conuentibus huius noſtræ Prouinciæ leguntur.

*Quod hoſpites teneãtur ad ordinationes, & præcepta Prouinciæ.*

Vndecimum, vt libertati electionũ conſulamus, iuxta decreta ſacrorum canonum, & ordinationes Reuerẽdiſſimi P. N. Generalis Fr. Thomæ Turco, omnibus Fratribus præcipimus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto foamali, necnon ſub pœna excomnnicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa ne quis tractet, nec ſe intromittat in electione alicuius Conuentus, verbo aut ſcripto perſe, vel per alios, etiam ſi ſit Prior Conuentus, in quo electio eſt facienda, & vocem habuerit in electione vſque dũ officiũ ſuum perfecerit, & quod nullus offerat ſufragium ſuũ R. A. P. N. Prouinciali, tam pro electione Prioris Prouincialis, quam Conuentualis, declarantes, ſub generali diſpenſatione pręceptorum non contineri huius pręcepti, & cenſurę diſpenſationem, vt ſupra denuntiatum eſt.

*De non tractando de electionibus priorum.*

Duodecimum, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto formali nè quis obligationem Miſſarum aſſumat vltra quinquaginta, ita vt nũquam ſubiaceat obligationi maioris numeri, & quid-

*De ſtipẽdijs, & obligatione Miſſarum.*

quid

quid ſupra talem numerum receperint pro obligatione miſſarum, ex nunc pro tunc applicamus communitati in qua habitant, etiam in foro conſcientiæ, & iuxta votum paupertatis, & tunc conuentus tenebuntur illas celebrare recepto ſtipendio, permitimus autem non habentibus obligationem celebrandi pro conuentu accipere ſtipendia octoaginta miſſarum.

Item præcipimus in virtute Spiritu Sancti, & ſanctæ obediētiæ, & ſub præcepto formali, Prioribus, Supprioribus, & Depoſitarijs Conuentuum, qui vel ex obligationibus annualibus, vel ex eleemoſynis numero quingentarum miſſarum ſunt grauati, quod deinceps nullum ſtipendium recipiant vltra talem numerum. Pręcipimus etiam in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, necnon ſub pœna excomunicationis maioris latę ſentētiæ ipſo facto incurenda, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa Prioribus, Supprioribus, & depoſitarijs conuentuum, quod ſtipendia miſſarum vltra prędictum numerum recepta, neque conſumant, neque in mutuum tribuant conuentui, vel cuicumque alteri Perſonæ, ſed in depoſito Conuentus omnino in tacta ſeruent, & R. A. P. N. Prouincialem certiorem reddant dę prædictis ſtipendijs, vt de illis diſponat.

## PRÆCEPTA AD SPECIALES PERSONAS.

¶ Præcipimus in virtute Spiritu Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali ſequentia.

Primum, quod fratres depoſitati in hac noſtra Prouincia, vel in aliquo ipſius conuentu, modo ſint ex noſtra modo ex aliena Prouincia, teneantur ad omnia pręcepta tam Prouinciæ, quam conuentuum in quibus ſunt depoſi- *Circa depoſitatos in Conuētibus.*

depoſitati,& pro eis teneantur tot miſſas dicere, a cæteri aſsignati, declarantes quod depoſitati non habent vocem in electione Priorum cōuentuum in quibus ſunt depoſitati. Qui autē ex alienis Prouincijs ad hanc noſtram Prouinciam venerint cum aſignationibus Reuerendiſsimi P. N. Generalis certiorem reddant R. A. P. N. Prouincialem de tali aſsignatione, qui iuxta commiſionem â Reuerendiſsimo Ordinis Magiſtro ipſi datam diſponet quid faciendum ſit.

*De non omittēdo conferentias.*

Secundum, quod fratres conuentuum ſtudiorum, ad quos quomodolibet ſtudium attinet nullo modo permitant omitti, in diebus lectiuis lectiones, conferētias, aut concluſionem, etiam prætextu expoſitionis ad audiendas confeſsiones, nec hora conſueta mutetur, nec in illis dentur recreationes, vigilia actus maioris omitātur conferentiæ, non tamen dentur recreationes, & die immediatè ſequenti dari poſſunt recreationes, nec cōcedatur licentia exeundi à conuentu recreationis cauſa titulo actus maioris niſi in diebus aſuetis, vel feſtiuis, in octauis autem Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Pentecoſtès, octauoque die ſolēnitatis Corporis Chriſti, & in recreationibus octo dierum, ante aduentum, & quadrageſsimam conſuetis concluſiones, & conferentię omittantur, aut ſi forte hora lectionis concluſionis, & conferentiæ ſpecialis occurrat pro toto conuentu occupatio, & nomine dierum lectiuorum, intelligimus eos, in quibus iuxta diſponendum inferius PP. Lectores non tenentur matutinis intereſſe, & qui iuxta nouam reformationem non ſeruantur à populo, ex pręcepto, aut voto, quod ſi nulla die in hebdomada â conferentijs vacauerint fratres quouis titulo, etiam actus maioris in cōcluſione, & conferentijs cum eis, eiuſdem hebdomadæ feria quinta diſpenſamus, præter quam in aduentu, &

qua-

quadrageſsima,obſecramuſque P.N.Prouincialē,quod nullatenus alicui concedat facultatem in iſto præcepto diſpenſandi.

Tertium,quod Lectores in conferentijs communibus incipiant a quæſtionibus de termino, relictis omnino conferentijs de ſignis,& notitijs.

Quartū,quod in feſto imaginis Soriani,in traſlationibus Sancti Patris noſtri Dominici,& Sancti Thomæ Aquinatis non omittantur lectiones nec conferentiæ.

Quintū,quod fratres exeūtes ad petēdas eleemoſinas nō maneāt extra conuentū vltra octo dies, in petitione autē tritici non vltra duos menſes,& vini non vltra vnū, &qui in quadrageſsima exierint ad audiendas cōfeſsiones non diſcedant à Conuentibus ante Dominicam in Paſsione,infalibiliter autem ad illos reuertantantur ante feriam quintam Dominicæ in albis,qui autem in Aduentu mittuntur ad concionandum,die ſequenti ad cōtionem teneantur reuerti. *Quo tempore poſſint Fratres abeſſe à Conuentu ad eleemoſinas petendas.*

Sextum,quod Priores,ſuppriores,aut Præſidentes nō concedant licentiā fratribus,vt ad loca in quibus eleęmoſinas petunt alijs anni temporibus adeant,niſi forte ad aliquam contionem habendam, aut confeſsiones audiendas,tunc autem fratres non vltra tres dies in prædictis oppidis manere poſsint,&quod titulo etiam ſupplēdi pro parrochis in ſuo officio,nec per vnū diem in prædictis oppidis detineri poſsint. *Quas licētias poſſint dare Priores.*

Denique præcipimus in virtute Spiritus Sancti,& Sāctæ obediētiæ,& ſub præcepto formali,nec non ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto Incurrenda,vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa omnibus Prioriſsis,& ſororibus noſtræ curæ ſubiectis,quod nihil in choro,vel alio quo vis loco vbi queāt audiri ab exiſtentibus in ſuis Eccleſijs cantēt noſtro vernaculo *De nō cātando in Eccleſijs monialiū Sermone Hiſpano.*

 naculo

naculo ſermone, ſed ſolum latino.

Nota facimus acta capitulorum generalium quibus prohibentur, ne litteræ criminoſæ ſine proprij nominis appoſitione contra quencumque ſcribantur, nam Romę 1589. ſub præcepto formali, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententię pręcipitur ne frater aliquis litteras criminoſas, diffamatorias, aut famoſos libelos per ſe, vel per alium abſq; proprij nominis ſubſcriptione aduerſus quemcumque, ſiue intra, ſiue extra ordinẽ ſcribere præſumat. Quod prius Auinione 1561. & Bononiæ 1564. fuerat ordinatum, & Romæ 1580. cõfirmatum ſub præcepto formali, & ſub pæna excomunicationis latæ ſententiæ, additumque, quod contra facientes abſolui non poſsint niſi à Reuerẽdiſsimo Generali, & Neapoli 1600. ordinatur tranſgreſſores non poſſe ſuper pœnis inflictis diſpenſari, niſi per capitulum generale, vel Magiſtrũ ordinis, pæna autem, quæ in quam plurimis capitulis præſcribitur eſt grauioris culpæ. Nos igitur tot capitulorum generalium veſtigijs inherentes, & huic intolerabili crimini ordiniſq; deſtructioni pro viribus obſiſtere cupientes, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, nec non ſub pæna excõmunicationis maioris latæ ſententiæ, ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa omnibus huius noſtræ Prouinciæ Fratribus, & ſororibus, ne quis per ſe vel per alium, qualcumque litteras cuicũque perſonæ cuiuſcumque ſit conditionis, ſiue intra ordinem, ſiue extra ordinẽ ſcribat, aut mittat ficto nomine, aut cognomine, vel etiam ſine ſubſcriptione proprij nominis, & cognominis quo communiter nominari ſolet, & ſine appoſitione oppidi vnde litteræ mittuntur, mẽſis, & anni ea forma qua clare, & diſtincte legi poſsint maxime autem litteras criminoſas, diffamatorias, aut

famo-

famoſos libellos. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

# ORDINATIONES.

ORdinamus, (quod alias præceptum eſt,) vt bona defunctorum fratrum ante eorum diſtributionem, à præſidente conuentus, duobuſque depoſitarijs, aut grauioribus Patribus fideliter omnia, & ſingula in ſcriptis numerentur (vna tantum excepta veſte) & ſic enumerata in tres æquales partes diuidantur, quarum vna integra pro anima defuncti cuius diſpoſitio ad Conuentus per æquales partes expectabit, ad quos defunctus pertinebat ſiue ratione aſignationis, ſiue filiationis, ſiue Prioratus, duæ aliæ partes ęqualiter expectabunt ad conuentũ cuius erat filius, & in quo erat aſignatus. Pręſidens autem Conuẽtus in quo frater obijt nullomodo diſponat de parte ad alium Conuentum attinente, vſque dum adſit diſpoſitio Præſidentis illius Conuentus ad quem illa pars pertinebat. Quod ſi Religioſus non habuerit bona, dicantur pro eo quam primũ quinquaginta Miſſæ in ſolidum. *De diſtributione bonorum Fratris defuncti.*

Et R.A.P.N. Prouincialis diligenter examinabit an ſuffragia, quę applicari debent pro fratribus, ſeù ſororibus defunctis, cum effectu fuerint applicata nec ne, exquiretque exactè rationem à quocumque cuius curę cõmiſſa fuerit diſpoſitio de bonis defuncti, an dictæ obligationi legaliter ſatisfecerit, maxime autem in viſitationibus conuentuum Monialiũ, in quibus ſepe vni, vel alteri particulari ſorori cura de venditione bonorum defunctæ, & applicatione ſufragiorum committi ſolet, quæ pro inde teneantur exhibere inuentarium bonorum ſibi

commiſſorum,& litteras ſubſcriptas à ſacerdotibus noſtri ordinis de Miſsis quas celebrarunt.

*De nõ pernoctando extra Cõuentum.* Item ordinamus ſub pœna quindecim dierum in pane,& aqua (quam prælatus teneatur infligere ſub pœna priuationis à ſuo officio) ne vllus frater pernoctet extra Conuentus noſtri ordinis in locis vbi Cõuentum habemus.

*De licentia itinerandi.* Item ordinamus,& præcipimus omnibus Prioribus,& Conuentuum præſidentibus, ne fratribus licentiam itinerandi concedant vltra ſpatium quatuordecim leucarum,quod & in conſtitutionibus cautum eſt, & omnino prohibemus Prioribus,& ſupprioribus Conuentuum ſtudiorum huiuſmodi licentias concedere ſtudentibus tẽpore curſus tam intra quam extra dietam, permittimus autem,quod tempore vacationum concedant licentias quindecim dierum,ſed ſolum intra pręfixam dietam.

*De loco ſocij.* Item ordinamus,vt ſeruetur decretum de loco ſocij R.A.P.N.Prouincialis,vt hucuſque ſeruatum eſt.

*De Vicarijs, Confeßoribus Procuratoribus, & Parrochis monialium.* Item ordinamus,quod confeſſores,Procuratores,Vicarij, & Parrochi Monialium tres Miſſas celebrent pro Monaſteriorum obligationibus, quas ſi monaſteria non habuerint,eas pro intentione R.A.P.N.Prouincialis celebrent,ſi verò Conuentus tot obligationes habuerint vnam(adminus) qualibet ſeptimana Miſſam dicant pro intentione R.A. P. N.Prouincialis ex his quæ perſonaliter ad eos pertinent,quam Miſſam ex nunc pro tunc in foro conſcientiæ in ſolidum applicamus. Vt autem harũ Miſſarum ratiocinia expedite fiant omniſque confuſsio vitetur,notum ſit Patribus Vicarijs,cõfeſſoribus,Parrochis,& Procuratoribus Monialiũ,quod à die in quo præſentantur in ſuis Conuentibus omnes prædictæ Miſſæ in ratiocinijs conſcribuntur vnde tantum teneantur,ſi forte infirmitate detenti in aliqua, vel aliquibus ſeptimanis

nis celebrare non potuerint ſcribere R. A.P.N. Prouinciali, vel eius ſotio quot Miſſas ommiſſerint ratione ægritudinis, vt in ratiocinijs non computentur ſacrificia ommiſſa.

Item ordinamus, quod confeſſores, & Procuratores Monialium earum non ingrediantur Monaſteria niſi vrgente cauſa adminiſtrandi Sacramenta, & de licencia Vicarij illius Conuẽtus, quod ſi non ſit Vicarius duo ingrediantur ſimul, & ſi vnus tantum ad ſit aſſotietur Prioriſſę, vel ſupprioriſſę ſub pęna abſolutionis à ſuis officijs, & ſtrictè præcipimus Prioriſsis, vt acuratè inuigilent de clauſura ſeruãda, ita vt nullo pretextu ingreſſum cuiuſuis perſonæ permittant; ſimulque iniungimus, vt quaslibet litteras Apoſtolicas obtentas iam, ſiue obtinẽdas à quacumque perſona cuiuſuis qualitatis, aut ſexus pro Monaſteriorum ingreſſu R. A. P. N. Prouinciali mittant, declarantes ipſum præciſſe eſſe Prælatũ proprium ad quem deſtinantur tales licentię. Et ſimiliter ordinamus, quod confeſſores, & Procuratores Monialium in oppidis vbi Conuentum fratrum habemus in omnibus ſint eorum Prioribus ſubiecti, ſeù Præſidentibus, non ſecus ac ceteri Religioſi in talibus Conuentibus aſsignati. Etiam ordinamus quod vicarij, ſeù Confeſſores Monialium vulgari lingua tranſcribant omnia quæ ex his ordinationibus ad eas quomodolibet expectãt, & ſorores legere teneantur quando leguntur ordinationes coram toto Conuentu. *De nõ ingrediẽdo Monaſteria monialium.*

Item ordinamus, & Prioribus, aut præſidentibus Cõuentuum ſub pęna abſolutionis â ſuis officijs pręcipimus, vt nulli carnium eſſum concedant feria ſecunda, quarta, & ſabbato, ceteris autem diebus poterunt Priores diſpenſare cum aliquibus dum tamen ſextum decimum annum profeſsionis expleuerint; & non ſecus, ſub pęna abſolutionis à ſuis officijs, etiam cum lectoribus artium. Et *De abſtinentia à carnibus.*

inuio-

inuiolabiliter diebus in quibus talis diſpenſatio cōceditur Prior, vel ſupprior cum dimidia ſaltem parte Conuentus effectiue in Refectorio commedant cibum in Religione vſitatum, in cęna nulli permittatur eſſus carnium, nec fiāt Prioribus conuiuia niſi vrgenti cauſa, & cum moderatione religioſa, in hoſpitio autem ſilentium infalibiliter obſeruetur.

*De notificatione aſsignationum.*

Item ordinamus, quod inſtitutiones, aſsignationes, licentię, & depoſitationes, quæ intra duos menſes â die cōceſsionis notificatæ non fuerint ipſo facto ſint nullæ, ſolumque notificentur à Præſidente conuentus, aut de eius licentia, niſi cum frater in via illas receperit.

*De Magiſtris nouitiorū, & Nouitijs.*

Item ordinamus, quod Magiſtri nouitiorum, nec hebdomadam faciant, nec ad illam notentur, & quod locum obtineant immediatum poſt huius Prouincię Præſentatos (in domibus quibus R. A. P. N. Prouinciali viſum fuerit) nullus autem deinceps fiat Nouitiorum Magiſter inconſulto R. A. P. N. Prouinciali, qui de conſilio patrum çelo, & Religione præſtantium omnes Magiſtros Nouitiorum aprobet aſſumendos, & ex his quicumque tale officium laudabiliter iudicio R. A, P. N. Prouincialis exercuerint per octo annos continuos, in perpetuum maneant diſpenſati ab hebdomada facienda, & à Matutinis, niſi in diebus feſtiuis.

Itē ordinamus, vt ſumma cura adhibeatur circa receptionem Nouitiorū ad habitū, & profeſsionem, ne autem inepti, & minus habiles cum magno Religionis diſpendio admittantur examen illorum fiat à tribus patribus examinatoribus iuxta normam noſtrarum conſtitutionum ſimul exiſtentibus in pręſentia prioris, ſeù pręſidentis conuentus. Et ſimiliter ordinamus, quod deinceps nullus admittatur ad profeſsionem niſi præuio rigoroſo examine circa myſteria, & doctrinam Chriſtianam, quod præcipue

cipue in recipiendo ad profeſsioné conuerſos obſeruetur, & quod in receptione nouitiorũ ad habitum, & profeſsioné vota fratrũ per ſchedulas, vel fabas admittantur, & regulentur à Prælato cũ aſsiſtentia duorum antiquiorũ patrum in capitulo aſsiſtentium, & in conuentibus Monialium cum aſsiſtentia Vicarij, vel confeſſoris vbi non fuerit Vicarius, & ſchedulæ regulentur coram prioriſſa, vel ſupprioriſſa, & in earum defectu coram duabus ſororibus ex antiquioribus conuentus.

*De non exeũdo ad recipiendum.*

Item ordinamus, & omnibus huius noſtræ Prouinciæ fratribus cuiuſcumque ſint conditionis præcipimus, vt nullo modo exeant extra oppida (vbi conuentum habemus) ad recipiendum R. A. P. N. Prouincialem, priores, ſeù quemcumque alium Religioſum, neque quando à cõuentibus quauis cauſa, vel ocaſsione recedunt eos ſocient.

*De non proponẽdis ad prioratum.*

Item ordinamus, & R. A. P. N. Prouincialem obſecramus, ne deinceps aliquem ad prioratum proponat, niſi poſt biennium ſui Prioratus expletum, & quod nullatenus permittat duos in Prioratu alicuius conuentus ſibi inuicẽ ſuccedere, quod ipſum in electionibus prioriſarum obſeruetur, nec poſsint Lectores Theologię, vel Suppriores eligi in priores conuentuum vbi actualiter degunt, & omnibus Prioribus, & Supprioribus prçcipimus, quod vtroque in oppido vbi conuentum habemus exiſtente vnus tantummodo, & non vterque è domo exeat, neque prior vltra octo dies abſit à ſuo conuẽtu inconſulto R. A. P. N. Prouinciali.

*Priores nõ habeãt librũ procurationis.*

Et ſimiliter ordinamus, & mandamus patribus Prioribus, ſub pœna abſolutionis ab officio infallibiliter infligenda, vt librum procurationis, ſeù communium expenſarum conuentus apud ſe non retineant, nec manu propria in eo quidquam conſcribant procuratoris officium

exer-

exercentes, niſi coram depoſitarijs alijſve duobus fratribus (in eorum abſentia) ratiocinia faciant, & ſub eadem pœna præcipimus prioribus, & in eorum abſentia, vel infirmitate ſupprioribus, quod ſingulis noctibus, vel adminus bis in hebdomada librum procurationis, & cõmuniũ expenſarum perlegãt, & attente inſpiciant, vt ſi quid minus congrue conſumptum repererint, vel non admittant, vel in poſterum reforment.

*De depoſitarijs.*

Item ordinamus ne fiant Depoſitarij Conuentus, niſi de aſſenſu ipſius in publico capitulo, & quod ab officio nequeant amoueri niſi de conſilio patrum, quod ſi contingat priorem ex dictis aliquem aſsignare velle, teneatur prius R.A.P.N. Prouinciali manifeſtare aſsignandum officio fungi Depoſitarij talis conuentus.

*De Roſario recitãdo.*

Item ordinamus iuxta decretum Reuerendiſsimi P. N. Generalis, vt ſingulis diebus poſt completorium fratres, & ſorores recitent alta voce, & deuotè per choros alternando tertiam partem Roſarij Beatiſsimę Virginis Marię ſecundum ordinem Miſteriorum, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs infallibiliter prioribus, & ſupprioribus infligenda.

*Supprio-res nõapplicẽs ſibi Miſſas.*

Item ordinamus, quod ſuppriores in ſede vacante, vel quacumque priorum abſentia non applicent ſibi plures miſſas, quam quæ eis communiter conceduntur.

*De examine confeſſorum.*

Item ordinamus, vt fratres ad audiendas confeſsiones, & concionandum exponi non poſsint, niſi in ſtudijs generalibus inter quæ Pampilonenſem vniuerſitatem, & conuentum Legionenſem compræhendi volumus, & non aprobentur niſi adſit ſaltim vnus ex Theologię Lectoribus cum aliquo graduato huius Prouincię, vel ambo ſimul, & ſolum per trienium, quo expleto iterum examinentur. Excipimus Lectores Artium qui poſt inſtitutionem examinantur caſuumque conſcientiæ, qui per qua-

tuor annos completos tale officium exercuerint, & eos qui per nouem annos licentias, ſeù expoſitiones habuerint quibus concedimus, vt poſt nouem annos decurſos quibus gauiſi fuerint approbatione queant ſimpliciter exponi. Quod ſi quiſpiam in aliquo conuentu examinatus reprobatus fuerit, nec examinetur, nec examinatus approbari queat, niſi tranſactis ſex menſibus, quod ſi cõtrarium factum fuerit totum irritum, & inane reddimus; & vt tutius conſulatur conſcientiæ, & miniſterio prædicti examinatores certiorem reddant Priorem conuentus de reprobatione ſui ſubditi eorumque conſcientias in diem Domini agrauantes iniungimus, vt examen cũ ſumma rectitudine peragant, & quod ad illud ſemel admiſſum approbare, vel reprobare teneantur. Declarantes in Capitulo Romano 1589. ex autoritate Apoſtolica Sixti Quinti ſancitum eſſe, quod nullus admittatur ad ſecularium, vel fratrum confeſsiones audiendas niſi per quinque examinatores ſufficiens iudicatus fuerit, & Venetijs 1592. confirmatum fuit, & ſi neceſſe eſt nouiter ordinatum, quod nullus poſsit ſecularium, vel etiam fratrum confeſsiones audire niſi prius fuerit à deputatis examinatoribus approbatus, vnde conſtat Priores, non poſſe fratribus non expoſitis facultatẽ tribuere, vt ſuorum ſubditorum, vel etiam Monialium quorum ſunt Vicarij confeſsiones audiant.

*Quando Lectores, & Prædicatores teneantur Choro intereſſe.*

Item ordinamus huius noſtræ Prouinciæ Lectoribus, & Prædicatoribus, vt in maioribus Eccleſię ſolemnitatibus, in omnibus feſtis Beatiſsimæ Virginis Mariæ ſanctorum Apoſtolorum Euangeliſtarum quatuorque Eccleſiæ Doctorum, & ſanctorum noſtri Ordinis matutinis, vtriſque veſperis, Miſſæque maiori infalibiliter interſint. Et quod à ſtudijs non vacent quando prædictæ ſolemnitates in diebus proprijs non celebrantur, excep-

tis feſtis Annunciationis, & ſancti Thomæ Aquinatis; & Prælati ſummopere inuigilent in obſeruantia huius ordinationis, ſicut etiam in aſsiſtentia fratrum ad completorium Salue Regina, & tertiam partem Roſarij nullum abuſum permittentes, neque diſpenſationem concedẽtes abſque legitima cauſa: nec Lectores Artium qui curſum ſuæ lectionis per legerunt, diſpenſare poſsint Patres Priores ab aſsiſtentia chori poſt primum ſuæ vacaturæ annum completum, niſi de licentia R. A. P. N. Prouincialis.

*Quando Lectores, debeant miniſtrare Altari*

Item ordinamus, quod patres Lectores Theologiæ huius noſtræ Prouinciæ Euangelium cantent miniſtrando Priori in feſtis Paſchalibus, Magiſtri verò ſtudentiũ, & Lectores Artium miniſtrent altari in feſtis ſolemnibus iuxta arbitrium Prioris, Verſiculoſque Reſponſoria, & invitatorium dicant cum quolibet fratre correſpondente ſibi ſecundum antiquitatem ordinis.

*De ineptis ad litteras.*

Item ordinamus ſtricte cuſtodiri ordinationem Reuerendiſsimi P. N. Generalis circa ſtudium, & ſtudentes inhabiles, & ineptos quos R. A. P. N. Prouincialis à ſtudijs amoueat, & in præcipuis huius noſtrę Prouinciæ cõuentibus occupentur in officijs fratrũ conuerſorum etiã humilium, quibus tamen per duos integros annos exercitia ſtudiorum permittantur ad explorandum eorum ingenium quibus peractis, ſi omnino inhabiles inueniãtur repellantur à ſtudijs ſine recurſu, & ſpe vlterius redeundi, in quo conſcientiam R. A. P. N. Prouincialis in diem Domini agrauamus obſecrantes, vt nullius petitionis interuentu, huic noſtræ ordinationi cedat. Præcipimus etiam Prioribus, ſeũ præſidentibus conuentuum ſtudiorum, ne in diebus lectiuis lectores extra conuentum exire permittãt etiam prætextu audiendi confeſsiones, & quamuis illius diei lectiones, & conferentiæ terminatæ,

*Quod Lectores in diebus lectiuis non exeant à Conuentu*



minatæ,

minatæ, & abſolutæ fuerint niſi aliqua grauis vrgeat neceſsitas, quod etiam de lectoribus non actualibus intelligendum eſt dum diſpenſationibus lectorum potiũtur; ſtudentes autem neque diebus lectiuis, neque aſſuetis, neque feſtiuis â domo exire vllo pacto permittant. Ordinamus etiam, quod Summuliſtæ ſemel examinentur ante, & prope feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ; reliqui autem ſtudentes bis in anno primo paulò ante quadrageſſimam, ſecundo quando Sumuliſtæ examinantur. *Quod ſtudẽtes examinentur*

Item ordinamus, & declaramus, quod in conuentibus vbi plures ſunt Magiſtri antiquior eorum ſit Regens, eo tamen a gymnaſio abſente Magiſter qui ſuccedit, & ſic ſucceſsiue alij iuxta ſuorum antiquitatem graduum, vbi tamen vnus tantum adeſt ipſo facto ſit regens, non obſtante quacumque conſuetudine, ſeù potius corruptela in contrarium. *Magiſtri ſunt Regẽtes.*

Item ordinamus, vt nullus fratrum alienæ Prouinciæ in noſtra exiſtens, ſiue de nouo aduenien s aſsignetur, ſed tantum depoſitatus maneat, vnde tenore pręſentium ex nunc pro tunc reuocamus omnes prædictos fratres cuiuſcumque ſint Prouinciæ, ab huius noſtræ quibuslibet conuentibus in quibus fuerint aſsignati, & in eiſdem depoſitamus, qui omnino ſeruabunt leges depoſitatorum ſuperius ſancitas. *Fratres alienæ prouintiæ.*

Item ordinamus, quod Cathedratici Vniuerſitatum tam Artium, quâ Theologiæ gaudeant præuilegijs quibus gaudere ſolent huius noſtræ Prouinciæ Lectores. *De Cathedraticis Vniuerſitatum.*

Item ordinamus, quod moniales noſtrę adminus poſt tres annos ſuæ profeſsionis, ſub cura Magiſtræ Nouitiarum perſiſtant, nec niſi ad Patres, & cognatos viſitãdos exeant, nec à prioriſa cum eis vllo modo diſpenſetur. *De Monialibus, ſub Cura Magiſtrarunt.*

Item, quia frequenter ad nos tum parentum, & propinquorum ſecularium, tum ipſarum communitatum,

*De exceſiuis ſumptibus Monialium.*

tum præcipue procerum à conſilijs de Regni ſtatu Catholicæ Maieſtatis Regis noſtri quærellæ perueniunt, de exceſsiuis religioſarum ſumptibus in ſuorũ officiorũ miniſterio. Ordinamus, & in meritum ſanctæ obedientiæ mãdamus, quod à prædictis ſumptibus totaliter abſtineant, & ſolum de pertinentibus ad communitatem, & prçcipue neceſſarijs aliquos religioſos, & moderatos ſumptus facere poſsint, de cuius executione, & obſeruãtia diligentem Inquiſitionem in viſitationibus adhibeat R.A.P.N. Prouincialis, & in hoc excedentes ſeuere puniat declarantes, quod licentiæ vltra præciſſe neceſſarios ſumptus à nullo concedi poſſunt, niſi à R. A. P. N. Prouinciali.

*Circa priores inabiles.*

Item ordinamus, quod infalibiliter obſeruetur ordinatio Reuerendiſsimi P. N. Generalis Fr. Thomę Turco circa Priores inhabiles, obſecrantes R.A.P.N. Prouincialem, quod tam Priores quam Suppriores, & Maſgiſtros Nouitiorum qui lineis ad carnes vtuntur, & abſtinentiam ab eſſu carnium ſeruare nequeunt à ſuis officijs abſoluat, nec tales ad officia proponat, & alios fratres in hac ſacra conſtitutione deficiẽtes ſeuere puniat.

*Circa deuotionem Sanctiſsimi Roſarij*

Item ordinamus, quod Prædicatores magnam adhibeant curam in promouenda deuotione Beatiſsimæ Virginis Mariæ proponendo regulariter in omnibus concionibus, quæ habentur in conuentibus noſtris, tam fratrum, quam ſororum aliquod exemplum, ſeù miraculum ſanctiſsimi Roſarij, quod infalibiliter exequatur ſpecialiter in Dominicis quadrageſsimæ, & Aduentus, & prima Dominica cuiuslibet menſis, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, & Patres Priores quot annis viſitent, & promoueant ſodalitates ſanctiſsimi Roſarij, & vbi nõ fuerint ſitæ de nouo fundẽt, ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs per ſex menſes.

Item

Item ordinamus,& præcipimus,vt ordinationes conuentuum factæ in viſitationibus obſeruentur, quas ex nunc pro tunc confirmamus ordinationes,vt ordinationes, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ,& ſub prçcepto formali, quod prçcepta facta in viſitationibus ſeruentur,vt præcepta. *Circa ordinationes Conuẽtum.*

Item ordinamus (& vt Prouinciç ſumptus minuãtur) prçcipimus in virtute Spiritus Sancti,& ſanctæ obedientiæ,& ſub formali præcepro,nec non ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrẽda,vna hac pro trina canonica admonitione præmiſſa omnibus Prioribus, ſeù conuentuum Prçſidentibus, & etiam Vicarijs, & procuratoribus monialium, ac ipſis priorisſis,quod pars cuilibet conuentui pro ſubſidio, & contributionibus in ſpecie,& quantitate pecuniæ deſignari ſolita infalibiliter ſoluatur menſe Ianuarij. Anni Domini 1662.& 1663.& remittatur patribus Procuratoribus Generalibus Matriti,& Vallis-Oleti, & ſub eodem præcepto, & cenſura eiſdem mandamus, vt quidquid a ſuis conuentibus de ſubſidio, & contributionibus ex ante actis annis debetur intra menſem à notitia præſentium ſoluatur dictis patribus procuratoribus Generalibus. Declarantes,quod nullius Prioris ſuffragium admitteтur in electione futura Prouincialis niſi in Capitulo exhibuerit teſtimonium alterius ex procuratoribus generalibus Matritenſis, aut Vallis Oletani quo conſtet ſubſidium,& contributiones ſui conuentus eſſe exactè ſoluta. *Circa ſubſidia, & contributiones.*

Item ordinamus, vt omnino ſeruetur ordinatio de conſilijs ſcripturæ mandandis per notarium in quouis conuentu deputatum. *De cõſilijs ſcripturæ mandandis.*

Item ordinamus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs infalibiliter infligenda prioribus, ſeù conuentuum præſiden-

*Cui remitenda ſit ſexta pars bonorum defunctorum.*

ſidentibus, quod ſextam partem bonorum cuiuslibet fratris defuncti remittant Patri Fr. Ioanni de S. Thoma Prædicatori Generali in Conuentu Salmantino, & Patri Fr. Ioanni Lopez de Prado Prædicatori Generali in Conuentu Vallis-Oletano, & Patri Procuratori Generali in Conuentu Paſsionis Matritenſi commorantibus. Et inuentaria, & partitiones dictorum bonorũ aſſeruẽtur in depoſito communi, vt in viſitationibus manifeſtentur R. A. P. N. Prouinciali.

*De ſcrutinio faciendo.*

Item ordinamus, quod omnino ſeruetur conſtitutio, quod fratres quouis anno ſemel ſaltem omnia prælato manifeſtent, quæ ad vſum habent, & de ſcrutinio à priore faciendo cum duobus patribus ex ſenioribus, & continuo Priores inuigilent, vt forma, ac decentia ſtatus religioſi ſeruetur vniformiter ab omnibus fratribus noſtræ Præuinciȩ, tam in capitis tonſura quam in materia, & forma veſtium à quo maxime bonus odor religionis pendet, & ſecularium edificatio in quo ſi negligẽtes fuerint abuſus permittendo, tam eos quam ſubditos tranſgreſſores ſeuere puniat in viſitationibus R. A. P. N. Prouincialis.

*De veſtuario dando Religioſis*

Item ordinamus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, tam prioribus quam conuentuum præſidẽtibus, vt quot annis omnibus fratribus prouideant, maxime de neceſſarijs indumentis ſaltim de calceis caligis, & tunicellis laneis in propria ſpecie, & quod afferant teſtimonia ad capitulum iuxta ordinationem Reuerendiſsimi P. N. Generalis, ſub pœna ibidem impoſita in falibiliter infligenda.

Item quia intollerabiles ſunt expenſæ, & ſumptus qui à conuentibus fiunt in tranſportando libros, & alia priorum ſuppellectilia, tam quando primum ad conuentus veniunt, quam quando abſolutis officijs ab illis recedunt.

dunt. Ordinamus, & pręcipibus, quod de bonis conuentuum tantum ſoluatur precium tranſportationis ponderis Hiſpanico ſermone, *de veynte arrobas*, quod ſi quidquam amplius tributum fuerit ſuppriores, & depoſitarij teneantur etiam in foro conſcientiæ ſoluere, & reſtituere conuentui.

Item nota facimus acta capitulorum generalium quibus prohibetur arma deferre, ſeù habere reuocamuſque in memoriam conſtitutionem noſtram diſtinctione prima cap. 18. vbi dicitur, quod qui arma portare præſump ſerit carcerali cuſtodiæ mancipetur, & Abinione 1561. Ordinatur, & pręcipitur omnibus fratribus ne in itinere deferant arma inuaſiua cuiuſcumque ſint conditionis, & qualitatis, & oppoſitum facientes puniātur à ſuis Prouincialibus pœna debita his qui deferũt arma intra ſepta Monaſterij, ac tandem Mediolani 1622. Ordinatur ne fratres vllo prætextu, neque etiam itineris agendi gladios ob longos, aut arma ſimilia deferre audeant ſub pœna grauioris culpę, ideoque Prioribus ſtricte præcipi mus, vt fratres dictis ordinationibus contrauenientes pœnis in conſtitutione, & capitulis taxatis infalibiliter puniant, & R. A. P. N. Prouincialem obſecramus, quod Priores negligentes ſuos ſubditos punire, qui in hoc defecerint infalibiliter à ſuis officijs abſoluat.

Item ordinamus, quod prædicatores conuentuales in conuentibus pro quibus inſtituti ſunt ſaltē per tres quadrageſimas permaneant, niſi ex aliqua graui cauſa cum aliquo aliter diſpoſuerit R. A. P. N. Prouincialis.

Item ordinamus, & præcipimus patribus Prioribus, pœna abſolutionis à ſuis officijs ne permittant ſibi ſubditos, non habentes licentiam in ſcriptis à R. A. P. N. Prouinciali vti lineis ad carnes.

Item ordinamus Vicarijs Monialium Prioriſis, & Supprioriſis,

priorifis, &quibuſvis alijs ad quos, vel ad quas quomodolibet expectauerit, vt nullam ad habitum ſororũ admittant ſine licentia in ſcriptis obtenta à R. A. P. N. Prouinciali, ſub pęna abſolutionis à ſuis officijs, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientię, & ſub præcepto formali Priorifsis, ſuppriorifsis, depoſitarijs, & procuratoribus conuentuum Monialium ne dotes, vel etiam illarum partem expendere, & conſumere audeant ſine expreſſa licentia R. A. P. N. Prouincialis pro qualibet vice, ſed in redditus perpetuos conuertantur. Tandem præcipimus omnibus ſupprioribus ſub pæna abſolutionis, à ſuis officijs, vt has noſtras ordinationes quater in anno faciant legere, in publico capitulo, vel refectorio, omnibus conuenientibus fratribus

## DE LECTORIBVS CASVVM. CONSCIENTIÆ.

CONCEDIMVS huiuſmodi Lectoribus caſuum conſcientiæ, vt Patres à Conſilijs ſint Lectores menſę corrigant, vt achoro diſpenſentur diebus quibus concluſiones, ſeù caſus conſciẽtię coram Conuentu ventjlantur, & præcipjmus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientię, & ſub præcepro formali, Prioribus, & Lectoribus, quod infalibiliter fiat bis ſaltem in ſeptimana, & in Couuentibus qui non viuũt ex eleęmoſynis omnibus diebus, quibus habetur concluſio in domibus ſtudiorum, & rogamus R. A. P. N. Prouincialem, vt ſeuere puniat Priores, ac Lectores in hoc præcepto, & ordinatione deficientes, alijs autem diebus, à matutinis ſolum, niſi in feſtis duplicibus, & ſupra, & quæ à populo ſeruantur ex præcepto, vel voto, in reliquis autẽ obedientijs, ſe ſicut alij fratres gerant, hebdomadam faciant, & in tabulas notentur ad illam.

*Inſ-*

¶ Inſtituimus in lectorem de Zamora, fr. Gaſparū Fernandez ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Medina del Campo, fr. Andræam de Baldecebro ex eodem conuentu.

In Lectorem de Benauente, fr. Gaſparum de Molina ex conuentu de Zamora.

In Lectorem de Vitoria, tam Thelogiæ, quam Artium cum omnibns gratijs, & prȩuilegijs quibus gaudent Lectores Artium, fr. Geronimum Grez ex eodem conuētu.

In Lectorem de Peñafiel, fr. Bartholomæum del Corral ex eodem conuentu.

In Lectorem de Huete, fr. Andræam Garcia ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Tordeſillas, fr. Ferdinandum Gauna ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Guadalaxara, fr. Iacinthum Dominguez ex eodem conuentu.

In Lectorem de Sanſebaſtian, fr. Thomam Muxica, Prȩdicatorem Generalem ex eodem conuenru.

In Lectorem de Rioſeco, fr. Ioannem de Sāto Domingo ex connentu de Truxillo.

In Lectorem de Yepes, fr. Ioannem de Loſſa ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Thomȩ Matritenſis, fr. Lucā Loarte præſentatum ex conuentu Roſarij.

In Lectorem de Aranda, fr. Ioannem Garcia ex eodem Conuentu.

In lectorem de Ocaña, fr. Ioannem de Cabrera ex cōuentu de la Vera.

In lectorem de Alcala, fr. Petrū de Paſtrana ex eodem

Conuentu.

In lectorem de Villaeſcuſa, fr. Emmanuelem Balleſteros ex eodem conuentu.

In Lectorem de Caceres, fr. Ioannem del Alamo cum diſpenſationibus lectoris Theologiæ ex eodem conuētu.

In lectorem de la Vera, fr. Martinum de Leon ex conuentu de Cifuentes.

In Lectorem Roſſarij Matritenſis, fr. Philipum de las Heras ex conuentu de Aſtorga.

In lectorem de Merida, fr. Franciſcum Rodriguez ex eodem conuentu.

In Lectorem de Talauera, fr. Ioannem de Medina ex eodem conuentu.

Pro Conuentibus Regni Galleciæ prouideat R. A. P. Vicarius eiuſdem Regni.

## *Inſtitutiones Vicariorum.*

IN Vicarium Regni Galleciæ cum omnibus gratijs, & præuilegijs, in noſtris conſtitutionibus conceſsis R. P. F. Dominicum Sobrino Priorem Sancti Dominici Lucenſis.

In Vicarium Sancti Petri Dominarum ſub titulo Prioris Fr. Melchiorem Picaño ex eodem Conuentu.

In Vicariū Sancti Raymundi de Pores ſub titulo Prioris, fr. Ioannem Troconiz Pręſentatum ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Ildephonſi de Camino, ſub titulo Prioris, fr. Melchiorem Diaz ex eodem conuentu.

In Vicarium incarnationis de Vilbao ſub titulo Prioris fr. Dominicum Tobera ex eodem conuentu.

In Vicarium de las Caldas, fr. Didacum Nicolas ex eodem conuentu.

In Vicarium de Aldea nueba, fr. Didacum de la Torre ex conuentu de Valladolid.
In Vicarium de Velbis, fr. Blaſsium Duran, Prędicatorem Generalem ex conuentu de Benauente.
In Vicarium de Bejar, fr. Clementem de Lerma Præſentatum, ex eodem conuentu.
In Vicarium de Orellana, fr. Ludouicum de Cardenas ex eodem conuentu.
In Vicarium de Cangas de Tineo, fr. Ioannem de Llano ex eodem conuentu.

## *Inſtitutiones Suppriorum.*

IN Suppriorem de Segouia inſtituimus, fr. Iacinthum Salgado ex conuentu de Vitoria.
In ſuppriorem de Palencia, fr. Ioannem de Paternina ex eodem conuentu.
In ſuppriorem de Zamora, fr. Ioſephum Gonzalez ex conuentu de Villada.
In Suppriorem de Toledo, fr. Ioannem Seco ex eodem conuentu.
In ſuppriorem de Burgos, fr. Didacum Camargo ex conuentu de Huete.
In ſuppriorem de Pamplona, fr. Frãciſcum de Ybarreta, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Leon, fr. Gregorium de la Fuente, ex eodem conuentu.
In ſupprioren de Ciudad Rodrigo, fr. Iacintum Godinez, ex eodem conuentu.
In ſuppriorem de Eſtella, fr. Ioannem Calderon, ex eodem conuentu,
In ſuppriorem de Benauẽte, fr. Petrum Quintana, ex eodem conuentu,

In ſuppriorem de Vitoria, fr. Dominicum de Olabarri ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Toro, fr. Auguſtinum de Arçe, ex conuentu de Caceres poſt electionem, & pręſentiam Prioris.

In ſuppriorem de Peñafiel, fr. Dominicum Perez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Sangueſa, fr. Dominicum Fernandez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Medina del Campo, fr. Blaſium de Villa ex conuentu de Atocha.

In ſuppriorem de Villalon, fr. Lucam de Torres ex conuentu de Huete.

In ſuppriorem de Huete, fr. Chriſtophorum de Perales ex conuentu del Roſario de Madrid.

In ſuppriorem de Logroño, fr. Ioſephum Perez ex eodem conuentu, vſque ad præſentiam Prioris electi.

In ſuppriorem de Valencia de Don Iuan, fr. Iacintum de Barcena ex conuentu de Logroño.

In ſuppriorem de Tordeſillas, fr. Didacum de Eſpinoſa ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Roxas, fr. Ioannem Gomez ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Palacios, fr. Bernardum del Mazo, ex conuentu de Valladolid.

In ſuppriorem de Truxillo, fr. Ioannem Labrador, ex conuentu del Roſſario de Madrid.

In ſuppriorem de Plaſencia, fr. Ioannem de Angulo, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Auila, fr. Petrum Calama, ex conuentu de Burgos.

In ſuppriorem de Saelices, fr. Ioannem Pereyra, ex conuentu de Palacios.

In

In ſuppriorem de Villada, fr. Bernardum Bañuelos, ex conuentu de Ciſneros.

In ſuppriorem de la Vera, fr. Petrum de Seuilla, ex conuentu de Peñafiel.

In ſuppriorem de Carboneras, fr. Thomam Redondo ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Guadalaxara, fr. Ioannem Lopez de Leon, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Tudela, fr. Andream Alonſo, ex cõuentu de Burgos.

In ſuppriorem de Ouiedo, fr. Chryſtophorum Ximenez, ex conuentu de Valencia de D. Iuan.

In ſuppriorem de Talauera, fr. Franciſcum de Enebra ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Caceres, fr. Auguſtinum de Arce, ex eodem conuentu, vſque ad præſentiam Prioris eligẽdi.

In ſuppriorem de Atocha, fr. Ludouicum Maxano, ex conuentu de Toledo.

In ſuppriorem de Ocaña, fr. Gabrielem Martinez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Cuenca, fr. Petrum Palomar, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Galiſteo, fr. Ludouicum Gonçalez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Carrion, fr. Franciſcum Montero, ex conuentu de Benauente.

In ſuppriorem de Hita, Fr. Apolinarium Ortiz, ex cõuentu de las Nauas.

In ſuppriorem de S. Sebaſtian, fr. Ioannem Perez de Villa, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Villaeſcuſa, fr. Ildephonſum del Olmo, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Aranda, fr. Benedictum Palenciano

ex-

vſque ad præſentiam Prioris eligendi.

In ſuppriorem de Rioſeco, fr. Leonardum Gil, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de las Nauas, fr. Didacum Perez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Alcalà, Fr. Ioſephum de la Ventoſa, ex conuentu de Carboneras.

In ſuppriorem de Villalpando, fr. Ioannem Solexa, ex conuentu de Guadalaxara.

In ſuppriorem de Merida, fr. Saluatorem Merino, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de S. Thomas de Madrid, fr. Ioannem Gonçalez, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Yepes, fr. Franciſcum Fuerte, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Azpeytia, Fr. Gaſparum Idiaquez, ex conuentu de Eſtella.

In ſuppriorem de Madridejos, fr. Gaſparum Ruyz, ex conuentu de Carrion.

In ſuppriorem de Valuerde, fr. Petrum Huemes, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Cifuentes, fr. Bonauenturam de Llerena, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem del Roſario de Madrid, fr. Benedictum Palenciano poſt electionem, & præſentiam Prioris de Aranda.

Pro conuentibus Regni Galletiæ prouideat R. P. Vicarius Regni.

Suppriores autem, qui trigeſsimum etatis annum non attigerint pro non inſtitutis habeantur.

*Confeſſores, Parrochi, & Procuratores Monialium.*

¶ In conuentu ſancti Dominici Regalis Matritenſis

ſis inſtituimus in confeſſores, fr. Dominicum Barela, fr. Ioannem de Meſſa,& fr. Hieronymum Lopez, ex eodẽ conuentu, in procuratorem, fr. Petrum Colsio Prædicatorem Generalem, ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Dominici Regalis Toletani, in confeſſores fr. Martinum de Cabrera, ex conuentu ſancti Dominici Regalis Matritenſis, fr. Hieronymum de Vrbina Prędicatorem Generalem ex eodem conuentu, in procuratorem fr. Emanuelẽ Garcia, ex eodẽ conuẽtu.

In conuentu ſanctæ Catherinæ Matritenſis in confeſſorem fr. Petrum Gonçalez ex conuentu de Atocha, in procuratorem fr. Mathęum Gutierrez ex eodẽ conuẽtu.

In conuentu de IeſusMaria de Toledo, prouideat R. A.P. Prior Toletanus pro tempore.

In conuentu Matris Dei de Toledo in confeſſorem fr. Guindiſaluum Serrano, in procuratorem fr. Didacum Garcia ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Dominici de Caleruega in confeſſorem fr. Andream Calderon, in procuratorem fr. Andręam Flores ex eodem conuentu, in Parrochum fr. Franciſcum de Leon Magiſtrum, ex conuentu de Valladolid.

In conuentu Sancti Spiritus de Toro in confeſſorem fr. Antonium Delgado ex conuentu de Benauente, in procuratorem fr. Ioannem Garcia ex eodem conuentu.

In conuentu de Aldeanueua in confeſſorem fr. Didacum de contreras ex conuentu de Toledo, in Parrochũ fr. Ioannem Belinchon, in Procuratorem fr. Petrum de Huerta ex eodem conuentu.

In conuentu de Mazote in confeſſorem fr. Martinum Larios, in procuratorem fr. Michaelem de Ortega.

In conuentu Sanctæ Catherine de Valladolid, in procuratorem fr. Didacum Lozano ex eodem conuentu.

In

In conuentu de la Penitencia de Valladolid in confeſſorem, & procuratorem fr. Petrum de Acoſta ex eodem conuentu.

In conuentu de la Caſa de la Reyna in confeſſorem fr. Petrum Ezguerra prædicatorem Generalem, in procuratorem fr. Petrum Miguel ex eodem conuentu.

In conuentu de la Real de Medina in confeſſorem fr. Petrum Nicolas ex eodē conuentu, in procuratorem fr. Andræam de Obregon ex conuentu de Leon.

In conuentu Sancti Dominici Regalis Segouienſi in confeſſorem, & Procuratorem fr. Petrum Zurbano, ex conuentu Sanctæ Crucis eiuſdem ciuitatis.

In conuentu Sanctæ Catherinæ de Ocaña in confeſſorem, & procuratorem fr. Didacum Sanchez ex eodem conuentu.

In conuentu de Villamayor in confeſſorem, & procuratorem fr. Petrum de Buendia ex eodem conuentu.

In conuentu de Belmonte in confeſſorem fr. Antoniũ Ambux ex conuentu de Medina, in procuratorem fr. Mathæum Cortes ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Spiritus de Benauente in confeſſorem, & procuratorem fr. Gabrielem Flores, ex conuẽtu de Tordeſillas.

In conuentu de Cangas de Tineo, in confeſſorem & procuratorem fr. Didacum de Valdes ex conuentu de Carrion.

In conuentu Incarnationis de Plaſencia prouideat R. P. Prior Placentinus pro tempore.

In conuẽtibus de Quijana, Lequeitio, & hermua prouideat R. P. Prior Victorienſis por tempore.

In conuentibus de Velbis Compoſtellano de la Noua de Lugo & Viuero prouideat R. P. Vicarius Regni Galletiæ pro tempore.

Omni-

Omnibus autem fratribus hic nominatis in Supprio-res, Confeſſores, Parrochos, Vicarios, & Procuratores Monialium atque Lectores caſuum conſciētiæ, & in alia quecumque officia, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctę obedientię, & ſub præcepto formali, quod intra menſem à notitia prȩſentium ſe præſentent conuē-tibus, ſeù Monaſterijs quibus deſignantur, vt ſua exe-quantur officia. Vicarijs autē, confeſſoribus, Parrochis, & Procuratoribus Monialium, nunc in eiſdem commo-rantibus ſub eodem præcepto mandamus, vt inde non recedant vſque dum eorum ſucceſſores præſentes fue-rint, & tunc ad conuentus in quibus ſunt aſsignati reuer-tantur.

*Nomina Fratrum defunctorum qui à præcedenti capitulo obierunt.*

¶ In conuentu Sanctæ Crucis Regalis Segouienſis, obijt Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſsimus D. D. Fr. Ioan-nes del Pozo Calificator ſupræmi Senatus Sanctæ Inqui-ſitionis, Prdȩicator Regius, quondam Prouincialis, Epiſ-copus Lucenſis, Legionenſis, & Segouienſis nonagena-rius, fr. Dominicus Sedano, Magiſter ſexagenarius. Fr. Thomas Sotillo S.P.A. Fr. Petrus de Arce S. Fr. Hiacin-thus de la Vega Acholitus, Fr. Duardus Nagle S. Sep-tuagenarius.

In conuentu Sancti Pauli Palentini Fr. Ludouicus de San Iacinto Præſentatus, & Lector Theologiæ conuen-tus. Fr. Thomas Celarius Lector Theologiæ. Fr. Gaſpa-rus de Carrion Præſentatus S. & P. A. Fr. Bartholomæus de Eſcouedo S.P.A.

In conuentu Sancti Dominici Zamorenſis Fr. Ludo-uicus Hidalgo S.P.A. Fr. Philipus Fernandez prædica-

tor Generalis S. P. A. F. Ildephonſus Fernandez S. Fr. Lucas de Caſtro S.P.A.

In conuentu Sancti Petri Martiris Toletani R. A. P. Magiſter fr. Andreas Carrillo Prior conuentus, & quondam Prouincialis. Fr. Barnabas Lopez Delgado S.P.A. Fr. Petrus de San Vicente S.P.A. Fr. Ludouicus Carrera S.P.A. Fr. Gaſparus Martinez S. P. A. Fr. Auguſtinus del Roſario Laicus.

In conuentu Sancti Pauli Burgenſis Fr. Gaſparus Giron Magiſter ſtudentium. Fr. Didacus Muñoz ſexagenarius S. P. A. Fr. Ioſephus de Sancta Cruz præſentatus S. P. A. Fr. Ildephonſus Garcia Laicus octoagenarius. Fr. Ildephonſus de San Auguſtin Laicus nonagenarius.

In conuentu Sancti Stephani Salmanticenſis Fr. Ioannes de Texada Prædicator Generalis S. P. A. Fr. Didacus de Noriega Præſentatus S. P. A. octoagenarius. Fr. Ildephonſus Gallego Magiſter ſeptuagenarius. Fr. Franciſcus Sanchez ſupprior conuentus, Fr. Dominicus Bernardo S.P.A. Fr. Ioãnes Flores S.P. Ambroſius de Guerta S.P.A. F. Hiacinthus Maldonado S.P.A. F. Martinus de los Angeles S.P.A. Fr. Hieronymus Aluarez S.P.A. Fr. Petrus de la Torre Diaconus, Fr. Dominicus de Sierra Acolithus: Fr. Ioannes Moro Acolithus, Fr. Antonius Ponce, F. Andræas Poblador Laicus, Fr. Lucas de S. Vicente Laicus, & quidam nouitius. Fr. Petrus de S. Thomas Acolitus.

In conuentu Sancti Iacobi Pampilonenſis Fr. Michael de San Eſteuan ſubdiaconus ſeptuagenarius, Fr. Hiacintus Sanchez Acholitus, Fr. Dominicus de Beunça laicus.

In conuentu Sancti Dominici Legionenſis, Fr. Martinus de S. Iacinto S. P. A.

In conuentu Sancti Dominici Ciuitatenſis, Fr. Ioannes de Santa Ana S. ſeptuagenarius, Fr. Franciſcus de Medrano S. ſeptuagenarius.

In

In conuentu Sancti Pauli Vallis Oletani Fr. Ioſeph Lanton Magiſter ſexagenarius, Fr. Auguſtinus Diaz S. ſeptuagenarius, fr. Dominicus del Caſtillo Præſentatus, & Prædicator Generalis S.P.A. Fr. Ildephonſus Pinacho Acholitus, F. Ioſeph de Yruegas Laicus, F. Hiacinthus de S. Maria laicus, cum magna opinione virtutis, fr. Hieronimus de Miranda S. Fr. Thomas de Sancta Cathalina Laycus

In conuentu Sancti Dominici Benauentani Fr. Ioannes Perez de Caſtro Lector conuentus, Fr. Ioannes Gõçalez S.P.A.

In conuentu Sancti Dominici de Vitoria R.A.P.M. Fr. Stephanus de Riuera propè octoagenarius, cum opinione virtutis, Fr. Ioſephus de Abendaño S. ſexagenarius, cum opinione virtutis. Fr. Franciſcus de Soſuaga S. P. A. Fr. Dioniſius de Sancto Domingo laicus. Fr. Petrus de Armentia Laycus.

In conuentu Sancti Ildephonſi Taurenſis, fr. Philipus Ioſeph Laicus.

In conuentu Sancti Dominici Crunienſis, fr. Dominicus de Spiritu Sancto. S.P.A.

In conuentu Sancti Dominici Lucenſis, fr. Bartholomæus Nuñez S.P.A. Fr. Raymundus de Neira S.P.A. Fr. Ioſeph de Bugarin S.P.A. cum opinione virtutis. Fr. Benedictus Gonçalez laicus, cum opinione virtutis.

In conuentu Sancti Pauli de Peñafiel, Fr. Ioannes Pabon prædicator Generalis, & prior conuentus F. Chryſtophorus de la Vega S. ſexagenarius.

In conuentu Sancti Dominici de Piedrahita, fr. Dominicus Barroſo ſeptuagenarius, & Prior conuentus, cũ opinione virtutis, fr. Ioãnes de la Llaue ſexagenarius S.

In conuentu ſancti Andreæ Metimnẽſis fr. Emmanuel Sanchez prædicator generalis ſexagenarius, fr. Nicolaus

laus Alphonſus S.

In conuentu ſanctæ Mariæ de Nieua, fr. Antonius Yañez prior conuentus, fr. Franciſcus de Cuerua acholitus, fr. Gabriel Alphonſus Laicus.

In conuentu ſancti Dominici de Huete, fr. Franciſcus Muñoz S.P.A.F. Franciſcus de Lorca S.P.A. Fr. Gabriel Chacon S. octoagenarius.

In conuentu Roſarij de Mayorga, fr. Ioannes Faxardo ſupprior, fr. Emmanuel Garcia etiam ſupprior conuentus.

In conuentu de Logroño fr. Blaſius de Eſpinoſa S. ſeptuagenarius, fr. Thomas de Morales S. Fr. Ioſephus Perez. S.

In conuentu Roſarij de Tordeſillas, fr. Chriſtophorus de Salaçar S. ſeptuagenarius.

In conuentu de Guadalaxara, fr. Franciſcus de Mena ſupprior conuentus, Fr. Ildephonſus Garcia S.

In conuentu de la Peña de Francia, fr. Thomas de S. Domingo S. octoagenarius, fr. Andreas Fernandez Laicus.

In conuentu Incarnationis de Truxillo, fr. Ioannes de ſancto Domingo, Laicus.

In conuentu ſancti Vincentij Placentini, fr. Antonius de Gueuara Magiſter, fr. Franciſcus de Yſunça Lector Theologiæ, fr. Petrus de Salinas S.P.A.F. Ioannes Grāde Acholitus, fr. Ioannes Caçaluo Acholitus, fr. Antonius Yzquierdo laicus.

In conuentu ſancti Thomæ Abulenſis, fr. Hiacinthus Roy S. Fr. Ioannes Poyatos S.P.A. & prædicator conuentus, fr. Ioannes de Muniebrega S.P.A. fr. Ioannes Martinez de Prado præſentatus S.P.A. fr. Ildephonſus de Almogabar prædicator conuentus.

In Collegio ſancti Gregorij Vallis-Oletani, fr. Bernardus

nardus de Caſo Magiſter, & Regens jubilatus. Fr. Andręas Pardo S. fr. Franciſcus de Zaballos S. Fr. Franciſcus Franco Diaconus, Fr. Gabriel Brabo Diaconus.

In conuentu de Garboneras fr. Didacus Roſillo Lector Artium.

In conuentu de Tudela fr. Lucas de Medrano S.

In conuentu de Mombeltran fr. Ildephonſus de Montes S. ſexagenarius.

In conuentu de Trianos fr. Ildephonſus de Otero Magiſter ſtudentium, fr. Gregorius de Robles Lector Theologiæ, fr. Michael de Villace prædicator generalis ſeptuagenarius, Fr. Rochus Laſo S.P.A. fr. Bartholomęus Diaz Laicus.

In conuentu S. Dominici de Ouiedo fr. Dominicus Sanchez S.

In conuentu de Talauera fr. Antonius de la Cueſta prior conuentus, fr. Franciſcus Cuellar prędicator conuentus, fr. Hiacinthus Cabeçudo S. fr. Petrus de Zamora S. fr. Ambroſius de Eſpinoſa Vicarius de Velbis.

In conuentu ſancti Dominici de Caçeres fr. Mathæus del Varco S.P.A.

In conuentu de Atocha fr. Guillermus Geraldinus S. P. A. Fr. Chryſtophorus Paſtrana, S. P. A. fr. Mathias de Torrecilla S. ſeptuagenarius, fr. Gregorius de Torres Lector Artium. fr. Raymundus Fernandez S. P. A. quidam nouitius.

In conuentu de Ocaña, fr. Didacus de las Caſas ſupprior conuẽtus. fr. Ioannes de Angulo S. Octoagenarius. fr. Franciſcus de San Pablo, laicus.

In conuentu de Cuenca, fr. Franciſcus de Arſua Magiſter, & Prior Conuentus.

In Conuentu de Vilbao, fr. Ioanes Ericeo, S.

In collegio S. Thomæ de Alcala, R. A. P. Magiſter, fr. Ilde-

Ildephonſus Miguel, Calificator ſanti Officij Regens Collegij, & Moderator Primariæ Cathedæ Theologiæ Vniuerſitatis complutenſis, cum opinione virtutis, fr. Ioannes Baptiſta Cheli S. fr. Ioaannes Guemes Diaconus.

In conuentu de Galiſteo, fr. Ildephonſus Cantos S.

In conuentu de Carrion, fr. Ferdinandus de Eſpinoſa Prædicator Generalis S.P.A.

In conuentu de San Sebaſtian, fr. Petrus de Valbuena Magiſter, & Prior conuentus, fr. Didacus Aſpuru S.P.A. fr. Didacus del Eſpiritu Santo laicus.

In conuentu de Villaeſcuſa, fr. Ioanes Ordoño S. fr. Petrus de Villa S. octoagenarius.

In conuentu de Aranda, fr. Franciſcus de la Cruz S. P.A. cum opinione magnę virtutis, noſtrarũ legum cuſtos integerrimus.

In conuentu de Rioſeco, fr. Antonius Garcia Supprior Conuentus, fr. Nicolaus Fernandez S.

In conuentu de las Nauas, fr. Franciſcus de Gueuara Prior Conuentus, fr. Petrus de la Serna ſupprior, fr. Antonius Amador S. fr. Antonius de Mendoza S. fr. Hiacinthus de Palacios S.P.A. fr. Ludouicus Fernandez laicus.

In conuentu Matris Dei de Alcala, fr. Franciſcus Sanchez Magiſter, & Prior conuentus.

In conuentu de Soria, fr. Ioſephus de ſanto Domingo, cum opinione virtutis.

In conuentu de Villalpando, fr. Franciſcus Sanchez de la Riuera Prior conuentus, fr. Didacus de Villamarin Prædicator Generalis, & Prior conuentus, fr. Ioannes de contretras S. fr. Ildephonſus Oſſorio S.

In conuentu de ſan Saturnino fr. Ioannes Perez prior conuentus.

In conuentu ſancti Thomæ Matritenſis fr. Martinus Camus,

Camus *S*. P. A. fr. Franciſcus de Cabrera *S*. ſexagenarius, fr. Petrus de Velaſco *S*. ſeptuagenarius, fr. Toribius Lopez Magiſter ſexagenarius, fr. Michael de ſancto Domingo laicus, fr. Ioſephus Benita laicus. Fr. Petrus de Vicuña *S*. P. A.

In conuentu de Madrilejos fr. Iulianus *S*anchez *S*. ſexagenarius.

In conuentu de Valuerde fr. Auguſtinus de Villaeſcuſa *S*. P. A. fr. Chryſtophorus *S*eram *S*. ſeptuagenarius.

In conuentu de Potes fr. Philipus Garcia Laicus.

In conuentu Paſsionis Matritenſi R. A. P. Magiſter fr. Didacus Gõçalez prior Prouincialis de Mexico, fr. Thomas Gabiria *S*. Lector Artium Collegij ſancti Gregorij, fr. Ioannes de Valda *S*. P. A. fr. Ferdinandus de Ormaza prędicator Matris Dei de Alcalà, fr. Michael de ſan Iacinto prædicator generalis.

In conuentu de Barbadillo fr. Petrus de Ortega *S*. cũ oppinione virtutis.

In conuentu de ſancta Marta, fr. Michael Toledano prædicator conuentus.

In conuentu de Azpeitia fr. Dominicus de ſan Patricio *S*.

In conuentu ſancti Andreæ de Merida fr. Ioannis de Freſneda Laicus.

### *Nomina Sororum, quæ à præcedenti Capitulo Obierunt.*

IN conuentu ſancti Dominici Regali Matritenſi Mater ſoror Ana de Leiba centenaria, ſoror Florenciana de Torres, ſoror Ynes Enriquez, ſoror Maria de Ybar. M. ſoror Yſabel de Lujan, ſoror Maria de ſan Ioſeph Laica ſexagenaria.

M. S.

M.S. Antonia Enriquez octoagenaria, fr. Petrus Palomeque S.P.A. confeſſor conuentus.

In conuentu ſancti Dominici Regalis Toletani, ſoror Franciſca de la Torre ſingularis pacientiæ in grauiſsimis aflictionibus internis, & infirmitatibus. Noſtrarum cõſtitutionum obſeruatrix perpetua, nec carnes comedit, nec lineis vſa eſt vſque ad extremum vitæ, quam placide cum morte commutauit. Soror Maria de Paſtrana, Soror Dyoniſia de Auendaño, Soror Maria de Vergara, Soror Yſabel de los Angeles Laica, cum opinione virtutis ſeptuagenaria, Soror Catherina de Sandoual Laica ſeptuagenaria, Soror Maria de la Trinidad ſeptuagenaria, fr. Thomas Vazquez confeſſor conuentus S. ſeptuagenarius.

In conuentu de Caleruega fr. Marcus de Acuña Parrochus S.P.A. M. S. Angela de la Natiuidad ſeptuagenaria, S. Catalina de ſan Aguſtin Laica ſeptuagenaria, M. S. Catalina de la Concepcion. M.S. Franciſca de ſanta Tereſa, cũ opinione virtutis.

In conuentu de Belmonte M.S. Clara de Araque ſuppriori ſa, S. Yſabel del Vado, cũ oppinione virtutis ſeptuagenaria. S. Tereſa del Vado ſeptuagenaria.

In conuentu de la Caſa de la Reyna M. S. Maria de ſanta Catalina propè ſeptuagenaria, S. Catalina de ſan Ignacio, S. Aguſtina de Nazaret, quæ per multos annos nullum alium lectulum cognouit niſi tabulam, frequenti oratione aſidua, nihil niſi de Deo, aut cum Deo loquebatur, & continuis infirmitatibus laborans, mirifice ſe ad pacientiam exercebat, M. S. Feliciana de S. Geronimo octoagenaria, ſoror Madalena de S. Bernardo octoagenaria.

In conuentu de Benauente, ſoror Eliſabeth de Zamora ſuppriori ſa, ſoror Ana Lanchares ſexagenaria, cum opinio-

opinione virtutis, Soror Catarina de Santo Domingo, ſoror Luyſa Coronel, ſoror Franciſca de Laguna, M.S. Ioana de Herrera, ſoror Luyſa de Caſtro nonagenaria, ſoror Maria Carrillo, ſoror Geronima Verde laica, fr. Antonius de San Vicente Procurator conuentus.

In conuentu de Lugo M.S. Violante Sarmiẽto octoagenaria, cũ opinione virtutis, ſoror Rufina Pardo octoagenaria, ſoror Maria Benita, ſoror Maria de Montenegro, Fr. Ioſeph Gutierrez Procurator conuentus, fr. Ildephonſus de la Puebla confeſſor conuentus.

In conuentu Matris Dei de Olmedo M. S. Paula de Cotes nonagenaria, ſoror Ioanna de Truenas, ſoror Magdalena Hermoſa.

In conuentu de Vitoria M. S. Eliſabet de Caiçedo Prioriſſa conuentus, M.S. Vrſula de las Virgines octoagenaria, cum opinione virtutis, M. S. Luyſa de Saluatierra nonagenaria, M.S. Maria de S. Iacinto nonagenaria.

In conuentu Matris Dei de Valladolid, M. S. Yſabel Crema, M.S. Maria Martinez.

In conuentu ſanctæ Catherinæ Matritenſis ſoror Ioana Roman.

In conuentu Sanctæ Catherinæ de Valladolid M. S. Franciſca de Mendoza, cum opinione virtutis, S. Catherina de Cortes ſeptuagenaria, cum opinione virtutis, S. Eugenia Gonçalez, cum opinione virtutis, S. Clara de Orozco ſexagenaria laica, ſoror Serafina de Aluarado octoagonaria laica, ſoror Leonor de Arce laica, ſoror Maria de Morales, cum opinione virtutis, ſumma humilitatis, & paciẽtiæ, & ſingularis abſtinẽtiæ, ac charitatis.

In conuentu de Villamayor ſoror Catherina de San Garonimo, S. Catherina Euangeliſta. S. Ana del Nacimiento, M.S. Michaela de San Bernardo, ſoror Franciſca de la Magdalena ſexagenaria,

In conuentu de Aldeanueua M. S. Maria de la Trinidad ſeptuagenaria, M. S. Maria de Santiago ſeptuagenaria, ſoror Yſabel de los Reyes, cum opinione virtutis, S. Maria de la Purificacion, S. Maria de ſanta Yſabel, M. S. Maria de ſanto Domingo, cum opinione virtutis.

In conuentu de Lerma M. S. Maria Magdalena de Caſtro ſuppriorifa, M. S. Luyſa Lanchares ſeptuagenaria, ſoror Maria de Santiago.

In conuentu Matris Dei de Toledo M. S. Catherina Faxardo de ſan Iacinto priorisa conuentus, diſciplinæ regularis ſacrarumque noſtrarum ſanctionum vigilantiſſima obſeruatrix, ieiuniorum ordinis ſexaginta annorũ ſpatio poſt habitum ſuſceptũ aſidua, & indefeſſa cuſtos, lineis nunquam ad carnes, nec in vltima infirmitate vtebatur, choro diù noctuque aſiſtens, humilitate inſignis octoagenaria obdormiuit in Domino, M. S. Maria de Briones.

In conuentu de ſan Sebaſtian el Antiguo, ſoror Margarita de ſan Auguſtin.

In conuentu de Alcalá M. S. Geronima de Chabes, cum opinione virtutis, M. S. Maria de Guzman, cũ opinione virtutis, propè octoagenaria, ſoror Maria de la Encarnacion laica octoagenaria, ſoror Geronima de Sandobal.

In conuentu ſanctæ Mariæ Regalis de Medina, M. S. Ana de Vrbina, ſoror Franciſca Nogerol, ſoror Ioana de ſan Auguſtin laica, ſoror Ana Bautiſta.

In conuentu de Vejar M. S. Ana de Zuaço fundatrix conuentus, centum & duorum annorum, cum opinione virtutis.

In conuentu de Velbis ſoror Beatriz de la Reſurreccion, ſoror Maria de la Aſcenſion fr. Dominicus Gomez Vicarius conuentus, ſeptuagenarius.

In

In conuentu de Segouia M. S. Yſabel de Velicia, ſoror Yſabel de la Purificacion.

In cõuentu de Vilbao M.S. Ioana de los Reyes octoagenaria, ſoror Ioſepha de Corpus Chriſti ſeptuagenaria, ſoror Maria de Santo Thomas, ſoror Franciſca de los Angeles laica ſeptuagenaria, ſoror Marta de Arana nouicia M.S. Ioſepha de S. Raphael ſeptuagenaria, ſoror Lorença del Sacramento.

In conuentu Pietatis de Palencia M. S. Ioana de Herrera ſeptuagenaria eximiæ pacientiæ, ſoror Mariana de Ieſus laica, quæ à teneris annis ſuam puritatem Domino conſecrauit, paupertate, obediẽtia, & humilitate ſic claruit, vt magni faceret, & pro ſummo haberet beneficio deſpici à ſororibus, & ſodalibus, incredibili fuit abſtinentia, qua non ſolum non comedebat carnes (niſi raro, & graui præſa infirmitate, & obedientia coacta) verum herbulis, pane, & aqua contenta videbatur ſibi ſplendidè epulari, nuſquam cubabat lectulo niſi egrota iaceret, & noctes in choro orans pene ducebat in ſomnes, ferrea catena, ferreaque cruce, clauis ad carnem ſupoſitis, & quotidiana diſciplina debile corpus domabat, varijs à Dæmone vexata tentationibus victrix ſemper, nunquã euaſit victa, & quandoque Dæmonium trium in forma hominum cum ea luctantiũ capita pedibus proprijs cõtriuit, denique plena pietatis operibus diem extremum feliciter clauſit.

In conuentu de Auila M.S. Iuana Maldonado ſeptuagenaria, ſoror Yſabel de la Aſumpcion.

In conuentu ſanctæ Catherinæ de Toro, ſoror Maria Zambrano.

In conuentu Penitentię de Valladolid, ſoror Mariana de S. Pablo ſeptuagenaria, ſoror Ioana de S. Ioſeph.

In conuentu de Hermua S. Maria de ſan Iuan octoagenaria.

In conuentu de Lequeytio M. S. Vrſula de las Virgines ſeptuagenaria. M. S. Maria de los Angeles nonagenaria, M. S. Maria de Belen, cum opinione virtutis, M. S. Laurencia del Eſpiritu Santo ſexagenaria, M. S. Maria de ſan Iuan ſeptuagenaria, ſoror Maria de la Aſumpciõ laica octoagenaria, ſoror Ana de Sena eximiæ charitatis humilitatis, & pacientiæ.

In conuentu de Santiago M. S. Yſabel de Boan nonagenaria, ſoror Eſcolaſtica de Venauides.

In conuentu de Biuero M. S. Maria de las Nieues ſeptuagenaria, ſoror Ana de Andrade, cum opinione virtutis, ſoror Catherina de Sena octoagenaria, cum opinione virtutis.

In conuentu de Tudela M. S. Melchiora del Nacimiento.

In conuentu Sancti Spiritus de Toro M. S. Franciſca de Sedano ſeptuagenaria, cum opinione virtutis.

In conuentu de las Dueñas de Zamora M. S. Ynes Baca propè ſeptuagenaria eximij ſilentij, ſoror Ana de S. Iacinto laica, ſoror Ana de ſanto Domingo laica, M. S. Ana de Valdes ſexagenaria.

In conuentu de Mazote, ſoror Clara Ramos.

In conuentu de las Faxardas de Medina, ſoror Eliſabeth de Paz, ſoror Manuela de Leyua.

In conuentu de Quixana M. S. Iuſta de la Purificaciõ ſuppriorſa ſexagenaria, cum magna opinione virtutis.

In conuentu de Ocaña M. S. Petronila de Roxas nonagenaria, M. S. Antonia de Miranda octoagenaria.

*Suffragia pro viuis.*

Pro Sanctiſsimo Papa Noſtro Alexandro ſeptimo, & felici ſtatu totius Eccleſię, Q. S. V. M.

Pro catholico,& inuictiſsimo Rege noſtro Philippo IV. Regina & principe,omnique prole Regia Q.S.V.M.

Pro Eminentiſsimo D.D.Balthaſſar de Moſcoſo, Sãctæ Romanę Eccleſię Cardinali, Archiepiſcopo Toletano inſigni noſtro benefactore Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo D.D.Ludouico Mendez de Haro totius noſtrę Religionis magnifico benefactore. Q. S. V.M.

Pro Excelentiſsimis Ducibus de Lerma noſtræ Prouincię Patronis,& ſingularibus benefactoribus noſtris Q. S.V.M.

Pro excellentiſsimis Commitibus de Benauente, & tota familia Benauentana, ob ſingularem affectum erga ordinem noſtrum Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Marchionibus de Aſtorga ob ſpecialem beneuolentiam ad ordinem noſtrum. Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo,& Reuerendiſsimo Epiſcopo D. D. Franciſco de Araujo, ex ordine noſtro aſſumpto, Q. S. V.M,

Pro Reuerendiſsimo P.N. Generali, & ſotijs. Q.S. V.M.

Pro Reuerendiſsimo P.M.F.Ioanne Martinez Catholicę Maieſtatis,â ſacris confeſsionibus, & ſupræmi ſanctæ Inquiſitionis ſenatus à conſilijs Q.S.V.M.

Pro nobili opido Benauentano vbi benigna liberalitate hæc noſtra congregatio recepta eſt, & pro quibuſcunque benefactoribus noſtræ Prouincię, & congregationis, Q.S.V.M.

Pro fœlici ſtatu ordinis noſtri,& huius prouinciæ incremento,& pro R.A.P.N.Prouinciali Q.S.V.M.

Suf-

Pro Beatiſsimo Papa noſtro Innocentio X. Q. S. V. M.

Pro Catholico Rege noſtro Philippo III. noſtri Ordinis benefactore, & pro Regina noſtra Domina Eliſabetha de Borbon, & pro ceteris Hiſpaniæ Regibus Catholicis, Q. S. V. M.

Pro Excellentiſsimo, & eminentisimo Cardinali Duce de Lerma, huius noſtræ Prouinciæ ſpeciali, & totius Religionis vniuerſali benefactore Q. S. V. M.

Pro Illuſtriſsimo, & Reuerenidſsimo Domino, fr. Ioãne del Pozo Epiſcopo Segouienſi Q. S. V. M.

Pro fratribus, & ſororibus defunctis qui a pręcedenti capitulo obierunt, & pro omnibus benefactoribus noſtris defunctis Q. S. V. M.

Concedit R. A. P. N. Prouincialis huius prouincię fratribus, & ſororibus, quod expoſitum alias cõfeſſorem, ſemel tantum eligere valeant, & ab eodem de pręteritis caſibus, & cenſuris, quas vſque ad præſentiũ notitiam incurrerunt, poſsint abſolui ſicut poterant ab ipſo R. A. P. N. Prouinciali.

Sententias iudicum approbamus, & aſsignamus ſequẽs capitulum Prouinciale in Connentu S. Ildephouſi Taurẽſis iuxta decretum Apoſtolicum, quod celebrabitur Dominica Deus qui errantibus die 13. Aprilis Anno 1663.

Omnem noſtram authoritatem diffinitiuam reſeruamus, vſque ad feriam tertiam incluſiue eamque ex tunc Committimus R. A. P. N. Prouinciali, vt poſsit demere, vel addere, quidquid iudicauerit expedire, & his actis ſcriptis, ſeu impręſsis, manu R. A. P. N. Prouincialis, & ſigillo munitis, omnimodam fidem ad hiberi volumus. Da-

tis

tis in noſtro Conuentũ ſancti Dominici Benauentani.
Die 11. Maij Anno 1661.

*Fr. Ioannes Eſcudero.*
*M. & Primus diffinitor.*
*Fr. Franciſcus Enriquez præſentat. Prior ſegouienſis, & tertius diffinitor.*

*Fr. Franciſcus de Tapia.*
*M. & ſecundus diffinitor.*
*Fr. Dominicus Guillen*
*M. & Prior Benauentanus quartus diffinitor.*

fr. Fran.cus de Aragon
[illegible]